



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

86. Idem, qui cæcus fuit, examinatur à Pharisæis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Missus.) Abijt ergo, & lavit, & venit videns.
Ioan. 9. v. 6. & 7.

MEDITATIO LXXXV.

*Qui cæcus fuerat, miraculum narra-
 rat vicinis.*

I. **V**icini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum. *Ioan. 9. v. 8. & 9.*

II. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloë, & lava. Et abij, lavi, & video. *Ioan. 9. v. 10. & 11.*

III. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos ejus. *Ioan. 9. v. 12. 13. 14.*

MEDITATIO LXXXVI.

*Idem, qui cæcus fuit, examinatur à
 Phariseis.*

I. **I**terum ergo interrogabant eum Phari-
 sæi

ſei, quomodo vidiffet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & lavi, & video. *Ioan. 9. v. 15.*

II. Dicebant ergo ex Pharifæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. *Ioan. 9. v. 16.*

III. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta eſt. *Ioan. 9. v. 17.*

MEDITATIO LXXXVII.

*Vocantur parentes ejus, qui cæcus }
natus fuſt.*

I. **N**ON crediderunt Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet, & vidiffet, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat: & interrogaverunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? *Ioan. 9. v. 18. & 19.*

II. Reſponderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipſum interrogate: